



Universitätsbibliothek Paderborn

**Psevdo-Poenitens Correctvs. Sive Doctrina Ecclesiæ
Catholicæ, & Sanctorum, solemniorūmque Doctorum, De
Vera Poenitentia ...**

Dionysius <aus Werle>

Coloniæ Agrippinæ, 1692

Cap. 7. De exercitiis, per quæ pœnarum omnium, peccatis quantumque
enormibus debitaram, remissio, absque gravi corporis afflictione facillimè
obtinetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41634

CAPUT VII.

*De exercitiis , per quæ pœnarum
omnium , peccatis quantumque
enormibus debitariū , remissio , absq;
gravi corporis afflictione facil-
limè obtinetur.*

L. **P**rimum est; ut Pœnitens (juxta
doctrinam libri conformitatum
S. Francisci, fructu 24. turbâ 2.) nihil
quod agit, patet, quod sit pro suo pecca-
to digna Deo satisfactio ; sed se ipsum
cum omnibus , quæ agit, despiciens ;
quotidie, immò sæpiùs in qualibet die,
maxima cum fiducia ad inexhaustibili-
lem Dominicæ Passionis thesaurum,
non sine gratiarum actione , & imita-
tionis voto confugiat ; atque ex eo
suppleat id omne , quod deest suæ im-
perfectioni & infirmitati ; secundùm
ea, quæ ex devotissimis veterum scrip-

K

tis

218 *Modus satisfaciendi facillimus.*

tis adduxi in *Via Pacis* pag. 57. 63. 75.
76. 78. 95. 96. 112. 113. 114. 140.
141. 277. 278. 279. 286. 287. & 288.
ubi videbis, quod, & qualiter mo-
do facillimo (ab ipso met Christo
Domino, B. Susoni, sanctisque vir-
ginibus *Gertrudi & Mechtildi* sug-
gesto) longissimam & acerbissimam
purgatorii poenam peccatis tuis de-
bitam, in brevem & levem mutare,
immò & omninò evitate possis ac va-
leas. Docetque B. Henr. Suso
quod, qui afflictiones peccatis suis
debitas vult vincere, sive antevertere,
atque expungere; nunquam debet
quiescere, donec pretiosi sanguinis
Christi, pro consolatione & subsidio
reorum omnium ineffabili cum amore
profusi, ac ex ejus Vulneribus decur-
rentis, copiosum sibi spiritualiter ob-
tineat profluvium; atque in eodem
ferventi sanguine se sordesque suas ab-
luere, atque in illo salutari cruento
que riuulo totum se lavare; idqui

mag
indu
confi
ejus
pecca
tur i
II
adve
Dei
eund
cipia
tatio
noni
tume
mod
am e
que
nem
livor
xter
II
miser
affec
ritat

magna animi devotione cum firma &
indubitata fide Catholica conjuncta,
confidens in illo pretioso sanguine,
ejus omnipotenti virtute ab omni se-
peccato & reatu expiatumiri. ita refer-
tur in ejus vita c. 42.

II. Secundum est ; ut quælibet
adversa non aliter quam de manu
Dei , tanquam millies promerita ,
eundem cum Job benedicendo sus-
cipias : Atque ex amore & imi-
tatione Christi pro te passi & mortui ,
non tantum quaslibet illatas tibi con-
tumelias , injurias & offensas ex ani-
mo dimittas proximo tuo ; sed eti-
am eidem bona pro malis reddas ; at-
que interim qualemcumque afflictio-
nem tuam in & per Crucifixi plagas ,
livores & vulnera humillimè offeras
æterno ejusdem Patri.

III. Tertium est ; ut proximi tui
miseriis ex intimo commiserationis
affectu, pro ut potes, cum omni cha-
ritate succurras. Talem enim erga te

K 2 senties

220 Modus satisfaciendi facillimus.
senties DEUM, qualem te exhibueris
proximo tuo; nec immensa ejusdem
Bonitas se se à te vel in hoc tertio, ve
in secundo superari permittet; ut om-
nis & scriptura, & antiquitas, & ratio I.
clamat. Veruntamen tria hæc separari
non debent, sed semper sibi invicem
suffragari.

CAPUT VII

DE JEJUNIO ET ELE- MOSYNA

CONCORS SANCTORVM PA-
TRVM DOCTRINA, OMNIBV
QVIDEM IN PRAXI NECESSA
RIA; à PLERIS QVE TAMEN NON
TANTVM NON OBSERVATA,
SEDETIAM IGNORATA.

ART